Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

aliquis gerit sanandi potestatem, vel et aliquis alia
scilicet miracula faciendi; sed divine potestatis. Non
enim ambitione glorie non permisit latere divine vir-
tutis effulgentiam: cum in beneficiis preceperat
taceri sua miracula. Sed quia proderant ad uti-
litatem eorum qui vocabantur per fidem ad gra-
tiam. Crisostomus. Primo enim solvit femine
metum, ne remorsu conscientie patiatur, quasi
surripiens gratiam. Secundo corrigit eam,
quia latere putaverat. Tertio fidem eius exponit
omnibus, ut et alii imitentur. Predicatque non
minus miraculum restrictione sanguinis, dum
ostendit sibi cuncta patere. Cyrillus. Insuper prin-
cipem synagoge persuadebat inevitabiliter
credere quod a laqueis mortis eripiet filiam eius.
Crisostomus. Ob hoc autem deus non statim eam mani-
festaverat, ut ostenso quod omnia sibi liquent,
faciat mulierem predicare quod factum est, ut
suspicione miraculum careat. Unde sequitur:
Videns autem mulier quia non latuit, tremens ve-
nit et procidit ante pedes eius, et ob quam causam tetigerit eum indi-
cavit coram omni populo, et quemadmodum confestim sanata sit. Aug.
Gaudet autem sanitate quam nacta est mulier ex tac-
tu: ubi confirmavit salvator. Unde sequitur:
At ipse dixit illi: Filia, fides tua te salvam
fecit; vade in pace, id est esto sana tuo fla-
gello. Et salvat quidem prius per fidem animam,
deinde vero corpus. Tyt. Vocat autem filiam, quia
i eccl. histo. iam fidei est sanatam. Fides enim gratiam ad
optionis impendit. Eusebius. Dicunt autem hanc mu-
lierem in Paneade que est Cesarea Philippi, un-
de fuit oriunda, statuisse triumphos in-
signes collati sibi beneficii a salvatore.
Stabat namque super altam basim ad ianuam
domus eius ereum simulacrum mulieris flexis
genibus manibusque iunctis quasi precantis;
ex cuius opposito aliud stans simulacrum
ad instar viri eiusdem eque materie, amictum
diploide et manum versus mulierem exten-
dens, ante cuius pedes super ipsam basim ali-
ena species plante orta que usque ad extremi-
diploidis oram pertingens, medicina
omnium passionum esse ferebatur. Hanc autem
statuam dicebat representare Christum. Quam

maximinus destruxit. Ambrosius. Mulier
autem reliquerat in Gerasenis synagogam
Christus et quem sui non receperant, receperunt
alieni. Beda. Vel in fine seculi deus est ad
iudeos rediturus atque ab eis per fidei con-
fessionem libenter excipiendus. Ambrosius.
Quem autem putamus synagoge principem
esse, nisi legem cuius contemplatione deus syna-
gogam non penitus dereliquit. Beda. Vel
princeps synagoge Moyses intelligitur. Un-
de bene Iairus, id est illuminans sive illuminatus vocatur,
quia qui accepit verba vite dare nobis,
et per hoc ceteros illuminat et ipse a spiritu sancto illumina-
tur. Cecidit autem archisynagogus ad pe-
des Iesu, quia legis lator cum tota priori pro-
genie Christum in carne apparentem longe
sibi preferendum esse cognovit. Si enim caput
Christi deus, consequenter pedes accipiendi
sunt incarnatio, qua divinitas nostre morta-
litatis tetigit. Rogavit autem intrare do-
mum eius, quia eius desiderabat videre adven-
tum. Filia autem unica eius est synagoga,
que sola legali est institutione composita.
Que .xii. etatis anno, hoc est tempore pu-
bertatis appropinquante, moriebatur, quia
nobiliter a prophetis educata, postquam ad
intelligibiles annos pervenerat, in qui-
bus spirituales deo fructus gignere debebat,
subito erroris languore extenuata spiritua-
lis vite viam omisit. Et si Christus non succur-
reret, concurrisset in mortem. Ad puel-
lam autem sanandam pergens dominus a turba
comprimitur, quia gente iudee salutaria
monita prebens carnalium populorum est
consuetudine gravatus. Ambrosius. Ad hanc
autem principis filiam dum properat dei verbum,
ut salvos faceret filios Israel, sancta ecclesia
ex gentibus congregata, que inferiorum lapsu
criminum deperibat, paratam aliis fide
preripuit sanitatem. Beda. Duplicem
autem sanguinis fluxum potest intelligi, hoc est,
et super idololatrie prostitutione, et super hiis que
carnis et sanguinis oblectatione patran-
tur. Ambrosius. Quid autem sibi vult quod hic principis